



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

4. Vtrum assumere debuerit intellectum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

Super quæst. quinta articulum quartum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum filius Dei assumeret debuerit intellectum.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur, quod filius Dei non assumeret mentem humanam siue intellectum. Vbi enim est presentia rei, non requiritur eius imago: sed homo secundum materiam est ad imaginem Dei, ut Aug. dicit in li. de Trin. Cum ergo in Christo fuerit presentia ipsius diuini Verbi, non oportuit ibi esse mentem humanam.

Præterea. Maior lux offuscatur a minore: sed uerbum Dei, quod est lux illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundum (ut dicitur Ioan. i.) comparatur ad mentem sicut lux maior ad minorem, quia et ipsa mens lux quædam est, quasi lucerna illuminata a prima luce, Proh. 10. Lucerna Domini spiraculum hominis. Ergo in Christo, qui est uerbum Dei, non fuit necessarium esse mentem humanam.

Præterea. Assumptio humanæ naturæ a Dei uerbo, dicitur incarnatio eius, sed intellectus siue mens humana neque est caro, neque est actus carnis, quia nullius corporis actus est, ut probatur in 3. de anima ergo uidetur quod filius Dei humanam mentem non assumpsit.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in li. de fi. ad Pet. Firmissime tene, & nullatenus dubites, Christum filium Dei habere ueram nostri generis carnem & animam rationalem, qui de carne sua dicit, Palpare & uidete, quia spiritus carnis & ossa non habet, sicut me uidetis habere, Luce ultimo.

Et circa hoc quaeruntur sex. Primo, Vtrum filius Dei assumpsit carnem mediante anima. Secundo, Vtrum assumpsit animam mediante spiritu siue mente. Tertio, Vtrum anima fuerit prius assumpta, quam caro. Quarto, Vtrum caro Christi fuerit prius a uerbo assumpta, quam anima unita. Quinto, Vtrum tota humana natura sit assumpta medianibus partibus. Sexto, Vtrum sit assumpta mediante gratia.

RESPON. Dicendum, quod sicut Aug. dicit in li. de heresib. Appollinaristæ de anima Christi a Catholica ecclesia dissenserunt, dicentes, sicut Arriani, Deum Christum carnem solam sine anima suscepisse, in qua quaestione testimonium euangelicum uidetur, mentem deuisse anime Christi, sed pro hac ipsum uerbum in ea fuisse dixerunt: sed hæc positio eisdem rationibus conuincitur, sicut & prædicta. Primo. hoc aduersatur rationi euangelicæ, quæ commemorat eum fuisse miratum: ut patet Mat. 7. Admiratio autem absque ratione esse non potest, quia importat collationem effectus ad causam, dum aliquis uidet effectum, cuius causam ignorat & querit, ut dicitur in pri. Met. Secundo repugnat utilitati incarnationis, quæ est iustificatio hominis a peccato. Anima enim humana non est capax peccati, nec gratiæ iustificantis, nisi per mentem. Unde præ-

capere oportuit mentem humanam assumi. Vnde dicit Damascenus in 3. li. q. Dei uerbum assumpsit corpus, & animam intellectualem & rationalem: & postea subdit, Totus totum unicus est, ut toti mihi salutem largiretur: quod non in assumptum est, incurabile est. Tertio, hoc repugnat ueritati incarnationis: cum enim corpus proportionetur animæ sicut materia propria forme, non est uere caro humana, quæ non est perfecta anima humana: rationali, & ideo si Christus animam sine mente habuisset, non habuisset ueram carnem humanam, sed bestialem: quia per solam mentem anima nostra differt ab anima bestiali. Vnde dicit Aug. in li. 83. q. q. si hunc errorem sequeretur, quod filius Dei ueram quandam cum figura humani corporis suscepisset: quod iterum repugnat ueritati diuinæ, quæ nullam patitur fictionis falsitatem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ubi est ipsa res per se sui presentiam, non requiritur eius imago Dei, hoc quoque suppleat locum rei: sicut ubi est Imperator, milites non uenerantur eius imaginem: sed tamen requiritur cum presentia rei imago ipsius, ut perficiatur ex ipsa rei presentia, sicut imago in cera perficitur per impressionem sigilli, & imago hominis resultat in speculo per eius presentiam. Vnde ad perficiendam mentem humanam, necessarium fuit, quod eam sibi uerbum Dei uniuertit.

AD SECUNDUM dicendum, quod lux maior euacuat lucem minorem alterius corporis: & illuminatis: non tamen euacuat, sed perficit lucem corporis illuminati: ad presentiam enim solis, stellarum lux obscuratur, sed aeris lumen perficitur. Intellectus autem seu mens hominis, est quasi lux illuminata a luce diuini Verbi, & ideo per presentiam Verbi non euacuat mens hominis, sed magis perficitur.

AD TERTIUM dicendum, quod licet potentia intellectiua non sit alicuius corporis actus: ipsa tamen essentia animæ humanæ, quæ est forma corporis, requiritur quod sit nobilior ad hoc, quod habeat potentiam intelligendi. & ideo necesse est ut corpus melius dispositum ei respondeat.

QVAESTIO VI.

De modo assumptionis quantum ad ordinem, in sex articulos diuisa.

PRIMO de ordine assumptionis prædictæ.

ET CIRCA hoc quaeruntur sex.

- Primo, Vtrum filius Dei assumpsit carnem mediante anima.
Secundo, Vtrum assumpsit animam mediante spiritu siue mente.
Tertio, Vtrum anima fuerit prius assumpta, quam caro.
Quarto, Vtrum caro Christi fuerit prius a uerbo assumpta, quam anima unita.
Quinto, Vtrum tota humana natura sit assumpta medianibus partibus.
Sexto, Vtrum sit assumpta mediante gratia.

ARTICVLVS PRIMVS. Vtrum filius Dei assumpsit carnem mediante anima.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod filius Dei non assumpsit carnem mediante anima.

Super quaestiones sextæ articulum primum.

Titulus 1. art. 6. intelligendus est ut sonat, quonia in corpore distinguetur, & motus est occasione uerborum August. & Magistri sentent. in 2. distin. 3. sent. ponentium orationem in ista assumptione.

In corpore articuli duo sunt. primo, declaratur ille terminus, mediante, in titulo positus: secundo respondetur quaestioni ibi. Sic ergo, si attendimus, primum fit declarando, distinguendo, excludendo, subdistinguendo, & conferendo membra distincta inter se. Declaratur in primis, quod medium importet ordinem: quod probatur, quia dicitur respectu principii & finis, quorum utrumque importat.

diff. 2. q. 1. q. 2. q. 3. ca. 4. q. 5. q. 6. q. 7. q. 8. q. 9. q. 10. q. 11. q. 12. q. 13. q. 14. q. 15. q. 16. q. 17. q. 18. q. 19. q. 20. q. 21. q. 22. q. 23. q. 24. q. 25. q. 26. q. 27. q. 28. q. 29. q. 30. q. 31. q. 32. q. 33. q. 34. q. 35. q. 36. q. 37. q. 38. q. 39. q. 40. q. 41. q. 42. q. 43. q. 44. q. 45. q. 46. q. 47. q. 48. q. 49. q. 50. q. 51. q. 52. q. 53. q. 54. q. 55. q. 56. q. 57. q. 58. q. 59. q. 60. q. 61. q. 62. q. 63. q. 64. q. 65. q. 66. q. 67. q. 68. q. 69. q. 70. q. 71. q. 72. q. 73. q. 74. q. 75. q. 76. q. 77. q. 78. q. 79. q. 80. q. 81. q. 82. q. 83. q. 84. q. 85. q. 86. q. 87. q. 88. q. 89. q. 90. q. 91. q. 92. q. 93. q. 94. q. 95. q. 96. q. 97. q. 98. q. 99. q. 100.

Cap. 1.

li. 3. ext. 6. ad 11.

ca. 1. prin. 80 1.

Li. 2. ma. 1. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

In hunc librum...

ca. 55. in pri. 106.

Loco 1. 1. 1. met. c. 3. in medio 100. 3.

Li. 3. or. 5. 6. 8. cir. med. 10. d. 1. 2. 3. n. dicit.

q. 80. non p. c. 1. a. prin. 10. 4.

Inf. q. 9. ar. 1. ad 2. & 3. di. 1. q. 1. ar. 1. ad 3. & di. 13. ar. 1. q. 1. ad 2.

Super quaestiones sextæ articulum primum.

3. di. 3. q. 2. 1. & di. 3. q. 5. ar. 2. c. 6. & 4. con. 4. q. 2. & 4. sent. ar. 3. ad 4.